Fragmentarium

lib N 141

in phyliſtinorum · Tulit ergo ſamuhel agnum
lactantem unum · et obtulit holocauſtum in-
tegrum domino · Et clamauit ſamuhel ad
dominum pro iſrahel · et exaudiuit eum dominus · Fac-
tum eſt autem cum offerret ſamuhel holocau-
ſtum · phyliſteos inire contra iſrahel prelium ·
Intonuit autem dominus fragore magno in die
illa ſuper phyliſteos et exterruit eos · et ceſi-
ſunt a facie iſrahel · R. Ego te · V. Fecique · R. Bonorum · R. Conſerui-
Lectio IIII. R. Omnia tua illumina.
Humiliamini ſub potenti manu dei · ut uos exaltet
in tempore uiſitacionis · et cetera · Modo
fratres karissimi audiuimus beatum petrum apostolum
ad humilitatem nostram cohortantem atque
dicentem · Humiliamini ſub potenti ma-
nu dei · Manus eius poteſtas eius datur intel-
ligi · quia in deo compaginatio membrorum
non inuenitur · qui ubique et in omnibus totus eſt ple-
nus atque perfectus · Sub more hominum de
deo loquitur ſcriptura · ut apertius maieſtatem atque
potenciam ſui conditoris homines intelli-
gant · et intelligentes que ſit uoluntas
dei opere adimplere contendant · unde eterna
gaudia ſempiterna conquirant · R. Montes gelboe ·
Lectio V. V. Omnes montes ·
Omnem ſollicitudinem
ueſtram proicientes in eum · quoniam ipſi cura eſt
de uobis · ut nos amonet pſalmiſta di-
cens · Iacta cogitatum tuum in domino · et ipſe te
enutriet · Et alibi · Incurrentes autem dominum
[illegible] in euangelio
[illegible] ſolliſci[illegible] quid manduca-
[illegible] ut [illegible]

[illegible] ueſtram habetote · cauentes ſemper aſtu-
cias diaboli · et uigilate iugiter in cuſtodia
mandatorum dei · et in cuſtodia animarum
ueſtrarum · R. Exaudiſti domine · V. Domine quid · Lectio VI
Sequitur · Quia aduerſarius ueſter diabolus tamquam
leo rugiens circuit querens quem deuoret ·
Diabolus enim numquam dormiens · numquam
ab inſidiis hominum diſcedens · ſed ſemper die
ac nocte circuit temptando inſidias
ponendo hominibus · qualiter quemquam uel
eorum qui uoluntati dei ſubiecti ſunt ſua ua-
leat ſuggeſtione decipere · querens quem
deuoret non corpus ſed animam · quatinus ad no-
cua et inutilia ualeat pertrahere · atque
ad carnalia deſideria · Cui reſiſtite for-
tes in fide · exemplo Christi et ſanctorum contemp-
nentes dulcedinem carnalis concupiſcentie ·
recordantes iugiter quid ſit illis amaritu-
dinis preparatum · qui deſideriis terrenis
inſeruiunt · et conuerti a malicia per pe-
nitenciam nolunt · R. Domine ſi conuerſus · V. Si peccauit ·
Antiphona Opera manuum · R. Celi enarrant · Secundum lucam
In illo tempore · Erant appropinquantes ad ihesum
publicani et peccatores ut audirent il-
lum · et reliqua · Sicut unius peccatoris · (Omelia beati gregorii pape de eadem lectione)
caſus multos ad deſperationem trahere ſo-
let · quia eius malum exemplum imitantur ·
ſic unius recuperatio multis proficit ad ſa-
lutem · Quod in exordio huius lectionis facile
comprobamus · ſi ſuperiora huius euangelii ſollicite
[illegible] ... enim ſuperius euangelice ſermo
[illegible] uidit hominem

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 14, fol. [2]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-m557/7123/69817)